



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 195. An & quomodo licitum sit ponere aliquid impossibile cum recitatione Horarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42600

Dispensationem ab Horis. R. Hæc pauca: Dispensatio Papæ excusat etiam beneficiatum, licet supponamus eum ex iustitia teneri orare, uti habet communis cum *Gob. in Exp. t. 5. n. 729.* Deinde ubique jam usu reseptum est, ut Episcopus etiam hic cum causa dispenset ad breve tempus, *Tamb. in Dec. l. 2. c. 5. §. 8. n. 24.*, Quod etiam de Vicario Episcopi afferit *Gob. n. 714. & 729.*, causa autem est, si dubitetur de morali impotentia orandi. Etiam Superiores Ordinum possunt dispensare cum sibi subditis, *Tamb. Gob. n. 730.* Et specialiter potest Generalis Societatis *JESU*, ac alii, quibus ille committit, commutare obligationem infirmorum in aliud opus pium seu orationem leviolem, uti refert *Illf. t. 5. n. 42.*

Q. 195. *An & quomodo licitum sit ponere aliquid impossibile cum recitatione Horarum.* R. De hoc videri potest *Gob. in Exp. t. 5. n. 732.* Et cum proportione hic applicanda sunt illa, qua diximus l. 1. à n. 782. & l. 3. p. 2. à n. 1334. 1234

Q. 196. *Quid agere debeat, qui dubitat, an recitarit aliquam Horam, vel an aliquid omiserit.* R. Præter illa, quæ habet *Ref. 1. Busenb. n. 1237.* referendus, adde seqq. 1235

§. I. Si nullam habeat conjecturam, quod orarit, debet orare, quia præceptum est in possessione: E contra qui habet rationem aliquam vel conjecturam, quod dixerit hanc vel illam Horam, malè facit repetendo, quia aperit viam inanibus dubiis & scrupulis, ita cum aliis *Laym. Sanch. in Conf. l. 7. c. 2. d. 34. Illf. T. 5. n. 40.*; quod magis valet de scrupuloso, de quo dicitur à n. 1350.

§. II. Causa prudens repetendi Horam aut illius partem non est, quod non meminerit se dixisse, dummodo non meminerit se non dixisse, & habeat 1236